Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ieiunio cunctis reddant eius muneribus
aptiores. Per eiusdem. lectio prima. In principio.
Omnipotens semper deus indeficiens lu or.
men qui per spiritum tuum sanctum cum super aquas in
mundi huius exordio ferretur humane decla
rasti salutis auctorem. prestra quesumus. ut idem spiritus
ueritatis ecclesie tue dona multiplicet. Per eius
dem. lc. ii. Temptauit. d. oratio. Deus qui
in abrahe famuli tui opere humano obedi
entie generi exempla prebuisti. concede
nobis et nostre uoluntatis prauitatem fran
gere. et tuorum preceptorum rectitudinem
in omnibus adimplere. Per. lc. iii. Factum
est in uigilia. K. Cantemus domino. oratio. Deus
qui primis temporibus impleta miracula no
ui testamenti luce reserasti cum mare ru
brum forma sacri fontis existeret. et libe
rata plebs ab egyptia seruitute christiani po
puli sacramenta preferret. da ut omnes
generis israelis priuilegium merito fidei con
secute spiritus tui participatione regenerentur. Per eiusdem.